

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, S.S.
Theol. D. ... Ad Exequias, Quas ... Viro Iuveni Conrado Pauli, Delma Bremensi
Phil. & Theol. Stud. laudatissimo Parentes Moestissimi Hodie ... parant, Omnes
omnium ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. sub sigillo Rectoratus II.
Mart. Anno M. DC. LVII.]**

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn775768596>

Druck Freier  Zugang



Mauritius, C.,

in

C. Pavli.

Rostock, 1657/a

18.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775768596/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775768596/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
Quo
RECTOR UNIVERSITATIS
ROSTOCHIENSIS
CASPARUS MAURITIVS,
S.S. Theol. D. P. P. & Superint.

Ad Exequias,

Quas

Eximio & Præstantissimo Viro
JUVENI

DN. CONRADO
PAVLI,
Delmæ Bremensi
Phil. & Theol. Stud. laudatissimo



PARENTES MOESTISSIMI

Hodiè ad horam 1. in templo Jacobæ parant,
Omnes omnium ordinum Cives Acad-
emicos officiosè & diligenter invitat,

6 (0) 8



ROSTOCHII, Typis Haredum NICOLAI KILD,
Acad. Typogr. Anno 1657.

DEvite humanae termino non est eadem omnium sententia. Terminum vite appellamus finem vite, quocunq; tandem ille modo accidat, sive declinantis vitio temperamenti, sive alio modo, puta in aufragio, & diu ruinis, bello & similibus humana fortis incommodis. Sunt, qui à fato stoico absoluto finem vite suspendunt, & hoc trahunt cum alia Scriptur & loca, tum in primis Job. XIV. 6. Sed ex Jobo absolute termini vite necessitas peti nec potest, nec debet. Non debet: quia illi loco faciem clarissimam alludent evidenter Scriptur & testimonia, quibus certis conditionibus alligatum esse plurimorum hominum terminum apertissime docetur. Non potest: quia verba illa sunt generatim de omni homine, nec aliud quid significant, quam esse vitam hominis cuiusq; certo velut mensum circulo conclusam, certoq; temporis limite eoz angusto contineri. Quanquam enim, vita humana pro varietate temperamenti aliarumq; circumstantiarum brevior homini aut longior obtinere posse, definita tamen ejus duratio & certo termino circumscribita est, ultra quem humanae conditioni non licet progredi. Quin et si locus Jobi accipitur de vite termino, quem huic vel illi homini praefixerit divina providentia, nondum tametsi dicitur determinationem illam absolute & sine hypothesi factam, vel omnium hominum vita terminum absolute constitutum esse. Sunt, qui auctis constitutionem termini, vita humanae deberi censem. Verum enim vero, quum in sacris altum de ea silentium sit, imo in contrarium hanc pauca existent, que omnem pisis formidinem, quam incutere astrorum positus & influxus posset, exesse jubent, nej. hæc sententia recte stare tales poterit. Dices, corporibus tantæ molis, tæ illustribus, operationes nobilissimas deberi, & in hoc libro scriptas esse hominum fortunas. Facial aliquæ ex parte verum esse. Negari interim non debet, ita subtiliter esse scriptum illum Cœli librum, ut nisi ab eo, qui scripsit, perfectè legi nequaquam possit. Id docent Nativ. istarum & Qæstuarum infinita. Sunt deniq; , qui inter plures fortuita numerant terminum vite humanae. Quos ipsos luculenter refutat Psalmus XC. 3. ut aliajam taceamus. Nempe firmum stat & immotum, divina providentia constitui terminum vite humanae. Id sita est, inquires, consequitur terminum vite anticipari vel prorogari non posse. Recte hoc dubium solvit Lyranus. Constit-

**Constitutio, inquit, termini duplicitate intelligi potest, uno modo, prout est
in divina ordinatione, & sic termini vita hominis praeteriri non possunt an-
ticipando vel differendo, quia ejus providentia est infallibilis: alio modo ut
est in effectu exteriori, in quantum ex naturalibus causis est periodus certa
vitae hominis & in aliquibus major, in aliquibus minor, secundum varietatem
complexionis, & secundum hoc termini vita possunt anticipari per gladium
aut aliam occasionem.** *Pergas, quid ergo descendunt de illorum eterna
salute, qui vel in naufragium incident, vel adiunctorum ruina opprimun-
tur, vel incendio pereunt, vel a fluiis abripiuntur, vel alio quodam
violentio modo vitam finiunt. Respondeat Augustinus de discipl. Christ.
Cap. 2. NON POTEST MALE MORI QUI BENE VIXIT. Respondeat
Chrysostomus Orat. III. de Lazaroto Tom. V. edit. Paris. pag. 70.
Si videris justum affligi & modo violento vitam finire, ne consterneris animo.
**NAM & ILLÆ RES ACERBÆ SPLENDIDIORES REDDUNT
CORONAS:** & omnino quævis afflictio siquidem peccatoribus contingit,
detrahit aliquid peccatorum ponderis; sed piis & justis, splendidiorem
illis reddit animum, sic ut utriusque maximus ex afflictione fructus eveniat,
TANTUM SI GRATE TOLERETUR: hoc enim est quod queritur.
Propter hoc cum sint ejusmodi exempla innumerabilia, sacrarum scriptura-
rum historia his repleta est, justos ac injustos malis afflictionis nobis exhibens.
ut sive justus sis sive peccator, **QUONIAM HABES EXEMPLA, FE-
RAS FORTITER.** Hac Chrysostomus. Exempla Jossæ, Maccabœorum
aliorumq; nemine latere possunt. Hec cogitabant in hoc lugubris Uni-
ci Filii funere Parentes mæstissimi. Amiserunt Filium laudissimum
nobisq; & toti Academiæ ob raram pietatem & probitatem, incompar-
abilem industriam, eruditioñem eximiam longè dilectissimum
eristi & acerbo casu, in quo tota Academia indoluit. Quem enim vi-
vum propensisimo amore complectebatur, hunc tam subito sibi ere-
ptum non potuit non vehementer dolere. Hic communis dolor vestrum,
Parentes dilectissimi, leni at minuatq; dolorem. Cogitate illud veter-
um: **MORS CITA, PIIS BENEFICIUM.** Anaxagoras Philosophus
cum in amicorum coronam filii imponebat, subita & repentina nunciata
fuisse, nihil commotus, adiecit illud Philosopho dignum: Noveram
me genuisse mortalem. Philosopho jungamus Theologum. Is est Hiero-
nymus, qui Epist. ad Heliodorum præclara adversus mortem nostrorum
solatia complexus est. Nepotianus meus, tuus, noster, imo CHRI-
STI*

STI & quia CHRISTI, idcirco plus noster, reliquit senes desiderii sui jaculo vulneratos, & intolerabili dolore confectos. Quem hæredem putavimus, funus tenemus. Cui jam meum desudabit ingenium? Cui literulae placere geltient? Stupet animus, manus tremit, caligant oculi, lingua balbutit. Quicquid dixero, quia ille non audit, mutum videtur. Stylus ipse quasi disseriens, & cera subtristior vel rubigine vel situ obducitur. Quid igitur faciam? Jungam tecum lacrimas? sed Apostolus prohibet, Christianorum mortuos dormientes vocans. Læter & gaudem, quia raptus est, ne malitia mentem ejus mutaret, quia placuerat DEO anima illius? Sed invito & repugnanti per genas lacrymæ fluunt, & inter præcepta virtutum resurrectionisq; spem credulam mentem desiderii frangit affectus. O mors, quæ fratres dividis & amore sociatos crudelis ac dura dissocias! Postea propositis exemplis, mirum ait & insolens fore, si non præstet fides, quod exhibuit infidelitas. Igitur, inquit, ut ad nostra veniamus, non plangam cum Jacob & David morientes, sed cum Christo in Evangelio recipiam resurgentes. Iudæorum luctus Christianorum gaudium est. Ad vesperum demorabitur flatus & ad matutinum lætitia. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Unde & Moses moriens plangitur. Jesus absq; funere & lacrymis in monte sepelitur. Platonis sententia est omnem sapientum vitam meditationem esse mortis. Laudant hoc Philosophi & in Cœlum usq; ferunt. Debemus & nos animo præmediari, quid aliquando futuri simus & quod velinus nolimus, longius abesse non potest. Nam etsi nongentos excederemus annos, ut ante diluvium vivebat humanum genus, & Matusalem nobis tempora donarentur; tamen nihil esset præterita longitudo, quæ esse desisset. Etenim inter eum, qui decem vixit annos, & eum, qui mille, postquam idem vitæ finis advenerit, & irrecusabilis mortis necessitas, transactum omne tantundem est, nisi quod senex magis onustus peccatorum fasce proficisetur. Desiderandus tibi est mortuus quasiabsens, non quasi mortuus, ut illum expectare non amisisse videaris. Addit Hieronymus: ubiq; luctum, ubiq; gemitum & plurimam mortis imaginem esse &c. Hanc ipsam vitam, morteni potius quam vitam dicendam esse. Hæc erigent afflictos Parentum honoratissimorum animos. Erigat & seletur illud Chrysologi: Mors quando ab Eva provisa est, tunc lamentandi materia fuit; nunc vero facta est virtutis occasio: quia tunc ad peccantibus data est, nunc permissa est resuscitantis ad gloriam: tunc tarvarus invenit hominem, nunc amittit. Sed ad pie defunctum redeamus. Equus natales, vitæ mortisq; historiam descripsit. Hospes mestissimus Vir admodum Reverendus & Excellentissimus Dn. Augustus Varenius S. S. Th. D. & Prof. celeberrimus atq; meritißimus, Dn. Collega, Compater & Amicus noster exoptatissimus, cuius verba hi nostris inferenda duximus. Ita vero habent:

Heu

Heu quam tristis ad hunc tumulum scribo. Planctus amplissimam amar-
teries. Temperamentum tamen dolori ex præteritis, presentibus &
futuris. Ex futuris est Coronare resurrectionis. Placet hic Tertullianus:
Cum consulet inquit, de resurrectione mortuorum, vacet dolor mortis, vacet
& impatientia doloris. Cur doleas, si periisse non credis? Cur impatiens
feras, subducendum interim, quem credis reversurum? Profectio est quam
putas mortem. Non est lugendum quia ncedit: sed planè desiderandus. Et
id quoq; desiderium patientiā temperandum. Cur immoderatē feras abiisse,
quem mox subsequeris? CHRISTUM hædimus, cum evocatos quosq;
ab illo, quasi miserandos non æquanimiter accipimus. Ex presentibus est Pa-
radisus, votum morituri Lationis, desiderium Apostoli incomparabilis,
cupientis dissolvi (statim à dissolutione) esse cum C H R I S T O
J E S U. Quis non ad amplexus JESU festinet? Ex præteritis ar-
gumenta dolori temperando, dabit fluxus vitalis jam inde à natali.
Signant illum Annus à nato Salvatore C I O I C XXXVI. mensis Ja-
nuar. dies XXIV. hora X. Natus ex carne Caro, renatus ex aqua &
spiritu. Ita quicquid atra fecis & limi traxit natalis Scatebra, ab-
luit Sacramentum. Si ad stemma interest (uti omnino interest esse
magis deviū magis deviū regnū) habuit id noster CONRADUS,
Reverendis & Sanctis nominibus undiquaq; fulgidissimum. Ecce
enim! Pater Nostro, JOHANNES PAULI in Ducatu Bremensis, ter-
ritorio Delmensi, dioeces. Abensiensi Pastor per XXV. jam annos lau-
datissimus, Virpius & Theologice pariter, ac eleganter doctus,
& magnis Ecclesiæ votis ac lacrymis ad nos dimissus, qui in presens
Oculis magis, quam Ore loquitur, dum ad funus Unici incedit cum
planctu: Avus Paternus nostro CONRADO idem nomine, quo Pa-
ter JOHANNES PAULI de eadem Ecclesiæ in Ducatu Bremensi
multis per 34. annos meritis inclutus, nunc Beatissimus: Proavus
Paternus CLEMENS PAULI Veteris Landspurgia Marchice Ci-
vis honestissimus: AVIA paterna MARGARETA à Depenbrock/
Matrona primaria, Viri Reverenda dignatione Clarissimi HEI-
NONIS à Depenbrock Pastoris in Ducatu Harburg. fidelissimi filia,
à quā altius ascendendo panditur Beatissimi nostri natalibus in No-
bilissimum & vetustate ac imaginibus fulgidissimum stemma VVest-
phalicum DE PEN BROKIORUM ex domo Bussern non procul à
Cöppfeld/ unde per Marchiam, Luneburgicum & Bremens. Duca-

rum, Laponiam, splendor nominis diffunditur, amplissimus aditus. Pro-
avia Paterna ILSABE PAPEN, Viri Venerandi HENNINGI Papen,
Eccles. Brunspic. Pastoris circa reformationis tempus fidelissimi, filia.
Nec deest claritudo honestissimis Maternis Nominibus. Mater nostro
Catharina Inzelmann Matronae Christiane Virtutibus splendidissi-
ma fœmina, que Unius sui filii acerbissimum funus accuratisimis
absens lacrymis & punctionibus meditatur. Avis maternus, CONRA-
DUS Inzelmann Civis quondam primarius, & Octovir Buxtebu-
danus. Avia Materna Sanctissima & annosa Matrona, LUCIA
Schmedes Reverendi Viri HERMANNI FABRITII Pastoris
quondam Elstorfiens. in Ducatu Bremensi filia, que Octogenario
proxima, tremula querulaq; voce testatur amores descendentes in
Nepotem. Satis ad Naturam Nostro. Juvat adumbrare quis Studie
fuerit. Prima studiorum etas exacta sub Patre. Profecit insigni-
ter in oculis & delitiis Optumi Patris, temperata lege: à quo magis
atq; magis poliendus, Reverendi & Clarissimi Viri DN. CHRISTO-
PHORI Overbeck Pastoris Eccles. Horneburg. in Ducatu Bremensi,
& Generis sui dilectissimi, Inspectioni & Moderationi commissus,
illa eruditus & bene preparata indolis uestigia dedit, ut jam ad Scho-
lam Lunenburgensem humanitatis Studiis examissim poliendus ab-
legaretur. Magna ibi fundamentis jactis incrementa acceperunt,
quorum inter Informatores, pueritia Reges, debetur laus primaz IM-
MERMANNO Scholæ Johan. Rectori Clarissimo: Nihil jam deerat ad
nomen STUDIO SI AGADE MICI, quam ut profiteretur. Venit
ad nos pulchre paetueſp̄p̄ & benedictionibus Paternis & DN.
ZIMMERMANNI literis, & quod caput est, Virtutibus propriis.
Venit Anno CIC LDC. LV. mens. Octobri. Manu mea Civem nostrum
tunc hujus Univers. Rector, Albo Academicus inscripsi. Vixit ex illo
tempore in contubernio meo, Affinis & Convictor ac Auditor jucun-
dissimus. Amavi filiū nō tam quod Affinis esset: Quād quod tot Virtu-
tibus & Sanctissimis moribus ac Studiis sese ubiq; mihi com-
mandaret, & Omnibus numeris impleret mensuram Academicam. Conciones
vix unquam neglectæ, ipsa etiam antelucana. Pietatis certum si-
gnum preces fervida, a quibus ad Studia processit. Nec Verbi fal-
tem: sed & Sacramenti noīa CHRISTIANUS esse voluit.
CORPORIS ET SANGUINIS JESU mysteria

Confessionario usus Viro admodum Reverendo Excellentissimo DN. JO-
HANNE QUISTORPIO SS. Theol D. ac Profess. celeberr. Pastore
Jacob eo fidelissimo, collega honorando, mecum semper interfuit
nisi, quod in ultimā Cœlestis cibi sumtione cum coeteris Dominis Con-
victoribus 14. diebus me posterior iherit. Incredibile quantā cum
pietate & reverentia ad cœlestē hoc epulum convivator processerit.
Signa ḡroneūs nunc post excessum lucilenta, qua memorentur,
merentur disticha, ad dies mysticos in Calendario adscripta
manu beatissimi. Sic ad Dom. I. Trin. anni sub. hæc legimus:

Corpo dū CHRISTI volo iubro & sanguine vesci
Dignus ut accedam da, DEUS alme, precor
Et cum ad 19. Dom. Trin. ultimo iret, notatum in ephemeridibus
eadem manu:

Sic icetum sacrâ præsenti luce synaxi

Utor, me dignum fac, bone CHRISTE, rogo.

Mores Nostri Sancti, humiles. Sermo sine multiloquio castus &
salibus Apostolicis conditus. Vita sine crimen. Nullum un-
quam vel verbum otiosum auditum. Nec monitor, nec
reprehensor esse potui, quia reprehendendum nihil fuit.
Prevenit ubiq. & superavit monitiram nostram. In studiis
autem fervor tantus ut generosior optari hanc potuerit. Audivit Cla-
risimos Philosophie Magistros per totum sere cursum Philosophicum
& Philologicum instituto Collegiorū processū. Audivit admodum Reveren-
dos & Excellentissimos Dominos Professores & publica Cathedra docen-
tes. Ego sane & in Borealt & Mesoselenio meo illum Au-
ditorem opponentem & Respondebimbas, non sine internis
meis gaudiis de tam nobili inaole. Testabuntur de
Studiis & laboribus Filii Academicis apud mastissimum Patrem
tot specimina manu Beatissimi scripta & Lyræa doctissima. Testa-
bitur Disputatio in Collegio meo. I. sajano de Materiis Sanctissmis, quas
nunc in Cœlo accuratisime videt, magnacum laude pietatis, moder-
stie & doctrina Theologica ac Philologica, & applausu Auditorii
nuper publicata. Scriberem perissima non parum admiranda que-
dam majora: sed angustia prohibet Programmatis. Ita noster militavit
ad usq. diem 13. Januarii. Auspicatus hinc ipsum inter mortales
ultimum.

ultimum suo more à precibus, venit ante horam 6. matutinam Auditor noster in Lectorium. Sedit, audivit, scripsit, (de CAPITE Ecclesiæ Uno, eodemq; Omnipræsente, ut non indigeat Vicario Visibili Capite) adusq; horam 8. Itum inde ad labores alios. In prandio, quod novissimum fuit, veteri modestia sedet, subtrissis tamen. Post prandium itum ad Collegium Mathematicum. Illo absoluto, ad horam tertiam paulisper deambulaturus, ad Varum processit, tristissimo, si quod aliud, itinere. Concredidit pauperis se Varno frigoribus satis concreto, et si nunquam antea credere voluit: Ecce inexcusabili Vectoris temeritate ad locum minime tutum abductus, Unacum illo & alio quodam Studiozo in studium precepis datus sive aquis, sive frigore miserè expiravit, & licet hanc sicca morte, animam tamen Sanctā, sobriamq; ac benè preparatā DEO celeriter evocanti, illā fide, quā plenus vixit, moriens reddidit. Hic ego deficio, hic fandi vis victa laborat. Illud scio: et si putatur extintus interris, Lucet in Cœlis. Occisione illā vivere incepit, & fine inchoavit. Illo ipso die, quo de JESU ejusdemq; presentia apud credentes, ubi cunq; militent, Auditor fuit, JESUM vidit. Male mori non potuit, qui sanctissimè ad finem usq; vixit. Illud notabile. Idem illi mensis fatalis, qui ante XXI. annos natales. Imò illo ipso die XXIV. quo olim Genitor mæstissimus audivit Filium natū, audiuit quoq; meis literis & prudenter per gradus doloris temperata voce Clarissimi & Consultissimi Viri D.N. ABELIS a Lieffenbrock Jcti & Secretarii Buxtehud. præcellentis, honoratissimi mei Affinis, cuius discreto judicio commisi hoc triste ministerium) denatum: sed iterum testor, hic ego deficio.

Cum autem corpus pie defunctum hodie terræ sit Christianâ sepulturâ demandandum, majorem in modum à vobis Omnim ordinum Cives Academici, contendimus, ut partem ingentis luctus Parentum honoratissimum in vos transferatis, & in solatum mæstissimorum Parentum, & Excel lentiss. deq; Vobis præclarissime meriti Dn. Hospitis, frequenti præsentia exequias tristissimas cohonestetis, atq; DEO Opt. Max. utramq; Rempubl. vosq; adeo ipsos ardentibus precibus commendetis.

P.P. sub sigillo Rectoratus II. Mart. Anno M. DC. LVII.
Conventus erit hora prima in templo Jacobæo.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775768596/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775768596/phys_0013)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775768596/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775768596/phys_0015)

DFG

Heu quām tristis ad hunc tumulum scribo. Planctu-
teries. Temperamentum tamen dolori ex praterite
futuris. Ex futuris est Coronare resurrectionis. Place-
tum conset, inquit, de resurrectione mortuorum, vacet
& impatientia doloris. Cur doleas, si perire non cre-
der feras, subductum interim, quem credis reversurum?
putas mortem. Non est lugendus qui antecedit: sed plan-
id quoq[ue] desiderium patientiā temperandum. Cur im-
se, quem mox subsequeris? CHRISTUM lædimus, cu-
m ab illo, quasi miserandos non æquanimiter accipimus. In
radibus, votum morituri Lationis, desiderium Aposto-
lupientis dissolvi. (statim à dissolutione) esse ca-
JESU. Quis non ad amplexus JESU festinet?
gumenta dolori temperando, dabit fluxus vitalis
Signant illum Annus à nato Salvatore c. 10 Iuc X.
nuar. dies. XXIV. hora X. Natus ex carne Caro, r
Spiritū. Ita quicquid atra fecis. & limitavit natu-
luit Sacramentum. Si ad stemma interest (ut om-
nibus reges regum patres reges regum) habuit id noster
Reverendis & Sanctis nominibus undiquaq[ue] fulg-
enim! Pater Nostro, JOHANNES PAULI in Duci-
ratorio Delmenhi, dioeces. Abensi Pastor per XXI
datissimus, Virpius & Theologice pariter, ac
& magnis Ecclesie Votis ac lacrymis ad nos dimis-
Oculus magis, quam Ore loquitur, dum adfunus li-
planetus Apus Paternus nostro CONRADO idem
ter JOHANNES PAULI de eadem Ecclesia in
multis per 34. annos meritis inclivus, nunc Beatis
Paternus CLEMENS PAULI Veteris Landsperr-
vis honestissimus: AVIA paterna MARGARET.
Matrona primaria, Viri Reverenda dignatione C
NONIS à Depenbrock Pastoris in Ducatu Harburg
à quā altius ascendendo panditur Beatisimi nostri
bilibissimum & vetustate ac imaginibus fulgidissimu-
phalicum DE PEN BROKIORUM ex domo Bu-
Coffeld/ unde per Marchiam, Luneburgicum &

A3



0.13

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 0.13
Patch Reference number on UTT